

Divina adfulgente Gratia

SCHEDION ZOOLOGICUM
De

I R A,

Quod

*Consentiente Ampliss. Facult. Philosoph. in
Regia ad Auram Academia*

Sub PRÆSIDIO

Maxime Reverendi atque Ampliss. Domini

DN JOHANNIS

BROWALLII,

*S. S. Theol. Doct. & Scient. Natur.
Prof. Reg. & Ordin.*

Dissertatione Academica

Publico honorum examini modeste submittit

BENEDICTUS LUND

Junec. Smol.

*In Aud. Majori ad d. 10. Decemb.
MDCCLX.*

ABOÆ, exc. Joh. Kiæmpe, R. Ac. Typ.

S:æ R:æ M:tis
Magnæ Fidei VIRO,
Reverendissimo Patri ac Domino,

**D^N. GUSTAVO
ADOLPHO
HUMBLE,**

S.S. Theol. DOCTORI celebratissimo,
Dæceleos Wegl EPISCOPO
eminentissimo, vener. Consistorii
PRÆSIDI gravissimo, Gymnasio-
rum Scholarumque EPHORO adcu-
ratissimo.

MÆCENATI MAXIMO.

*N*isi gratia atque favor Tuus inter Spem
metumque harentem erexisset mu-
sam, certe Fores Tuas pulsare non ausa
fuiſſet; ſed hoc freta præſidio, mu-
nuſculum leviffimum offerre, audet;
quod

quod, humillime oro, digneris, MÆCENAS
MAXIME, serena adspicere fronte, me-
que fasia iniquioribus pressum, ut so'es,
umbone gratia atque favoris Tui protege-
re. Mearum erit partium ad Deum I. O.
M. flagrantissima fundere suspiria, velit
TE DECUS Maximum Smolandia adhue
in longam seriem annorum sospitem & ve-
getum conseruare; ut habeat diu in TB
Ecclesia Lumen illustre, Familia Nobilissi-
ma Fulcrum & Solatium Firmissimum,
Clientesque Tutamen validissimum!

Reverendissimi Nominis TUI

Devotissimus cultor
BENEDICTUS QUOND.

Maxime Reverendo

Dn. OLAVO

S.S Theol. DOCTORI celeberrimo,
TO dignissimo, Consist. Eccl. Pro-
MÆCENATI

Admodum Reverendis atque Prael. FIRIS,

Dn. MAGISTRIS,

S.S. Theol. & Phil in Reg. Gymnas.
Weg. LECTORIBUS dexterrimis,
Synedrii Eccl. Adfessoribus æqvissimis.
Promotoribus optimis.

Admod. Rever. atque Praclariss. Domino,

Mag. PETRO KEXERO,

Eccl. quæ Deo in Brigstad & Swe-
nerum colliguntur Pastori meritiss.

Plur. Reverendo atque clariss. Domino,

Dn. SVENONI FOVELIN,

In Garckeryd & Näsio Pastori
vigilantissimo.

Fautor. & Benefact. benigniss. quo vis

Adspicite, MÆCENAS, Promotores, A-
vesles, quos in pia gratissimaq; mentis certissi-
spem ulterioris commendationis & Favoris, cum

secretos

Max. Rev. Prael. Ampl. Clar. atque

Devotus & observans

BENEDICTUS

atque Amplissimo Domino,

OSANDRO,

Diececeos Wegl. Archi-PRÆPOSI-
PRÆSIDI æquissimo.

MAGNO.

VIRO Amplissimo Spectatissimoque
Dn. ANDRÆ ECKERSTEDT,
Legionis pedestris Nylandiæ Judici
dexterrimo, Avunculo Ivavissimo,
propensissimo.

Plur. Rever. atque Clariss. Domino,
Dn. ANDRÆ STÅHL/
Pastori in Hakarp dignissimo.

Viris Spectatissimis,

Dn. SAMUELI LYSEEN,
HENRICO BEREEN,
ZACHARIÆ TOBIIS,

Consiliariis Civit. Junec, æquissimis,
observ. cultu jugiter proleqvendis.

vuncule & Fautores optimi, conatus hosce ju-
mū pignus, ob merita vestra in me magna, atq; in
æmnigena prosperitate adprecatione vobis con-
voluit

Spect. Nominum Vestrorum.

ziffionus cultor

LUND.

Gyrdnaren

Ehreborne och Wälsbetrodde

Herr LARS ECKMAN,

Min Högstärade och wälbewägne

Gynnare!

Så snart min hog sig börjar wända,
Uppå Eder godhets wida fält;

Så kan ett annat der af hånda,
An tacksamhet blir föreställt.

Ty niuta godt i sju år hela

Uppå så ymnigt sätt och wis,
At mig ett syntes Föräldrar fela

Månd sådant ett förtiena pris?

Jo, heder, lof, ja förre gåfwor

An the jag nån tid lofwa törs:

Ty ter jag fram här mina häfwor,

Med wördnad som uti mig törs,

Och aldrig skal nån' ända taga,

Wen hos mig lysa allan tid:

Låt Herr Patron då Eder behaga

Det ringa wärd jag lägger nid;

Til prof af tack, med trogen önskan:

At Herren må tilmåta Eder,

Wälsignelse och stadig grönskan

På jorden nog i him-en mer.

Min högstärade och wälbewägne Gynnares

Hörsamste tjänare

BENEDICTUS LUND.



I. N. 7.

§. I.

Animal est corpus vivum sentiens; vivum autem dicitur quod structura organica præditum, motus ad sui conservationem necessarios exserit.

Scientia quæ de Animalibus agit Zoologia dicitur, Corpora enim terrestria sunt vel communia vel specificata; illa ubique occurrunt, atque Elementa vulgo dicuntur; Hæc peculiari gaudent structura, ac ab historiæ naturalis cultoribus

A bus

bus *naturalia* nuncupantur. *Naturalia* autem omnia ad tria summa genera, quæ *regna naturæ* usus dixit & analogia, referre soliti sunt antiquitus Physici; quorum regnorum limites characteribus brevibus quidem sed certis posuit et LINNÆUS noster Fund. Bot. §. 3. Sunt autem illa regna, pro ut ordine simplicitatis se invicem excipiunt, *Minerale, Vegetabile, Animale*. His quartum assuere conantur quidam, *Aqueum* scilicet. Quem conatum alibi examinare licebit; hic tantum monemus, omnes, quantum nobis innotuit, inter aquas varietates ab exuviis trium regnorum naturæ dependere, atque rationibus ex illorum regnorum examine petitis explicari debere; quod si *Aqueum* regnum adderemus, quid obstat quin *Aerent* & *igneum* etiam

cia

ei a latere ponamus, ut eo uni-
versalior fiat confusio. Eodem
enim pacto quo *aqua* est lixivi-
um naturæ, *Aër* ejusdem subtile
est chaos, atque *Ignis* in eodem
varius pro varietate objectorum
actor.

§. II.

IRa dicitur status animalis
perturbati, violentissimis mo-
tibus internis atque externis
ad repulsionem mali cujusdam
tendens.

Iram ab *ire* dici putat *SORA-
NUS*, quod a se abeat quasi qui
irascitur, unde & qui iram de-
ponit ad se redire dicitur. Lex.
p. 1162. Magis tamen placet
BECMANNI conjectura, qui *iram*
quasi *uram* ab *urendo* dictam pu-
tat; est namque *ira* ζέως τὸ πῦρ
καρδίας αἰμαρὶν ἢ θουῶν, secundum
ARISTOTELEM Lib. 1. de anima. c.

4
1. Hinc latine quoque alio nomine *excandescencia* dicitur, conf. *BECMAN.* orig L. L. p. 1181. Incendit enim ira & *feruet* iratus; vide *66 BECM.* l. c. p. 470.

Perturbationes animi affectus dicere solemus; *CARTESIUS* Passiones animi vocavit. Hos a cognitione boni malive confusa oriri putat *WOLFFIUS*; sed vereor ut ubique se res ita habeat. Fortasse vero tantum ad originem subitaneorum quorundam & pravorum affectuum respexit; alias contrarium svadet experientia. *Dolor* e. g. eo magis intenditur quo distinctius pernoicitur doloris causa, conf 2. Cor, 7: 10, *Perturbationi* autem opponitur *status* animalis *tranquillus*.

Singulos affectus cum extraordinaria sanguinis commotione conjunctos esse testatur experientia; & in affectu iræ pulsus celer

celer celerem sanguinis cursum
indigitat; item alternativus pallor
& rubor faciei; solidas partes
etiam affici, totum intendi do-
cet tremor membrorum, & ef-
fectus in corpus maximi. conf.
WILLIS de an. brut. p. 99. Imo,
quoque singula fere membra ex-
terna motu extraordinario agi-
tantur; eo autem omnia colli-
mant ut *Sonus* seu *Clamor* oris &
vires ac robur reliquorum mem-
brorum ad depellendum id cui
irascimur convertantur. Audia-
mus Medicum Clarissim. *FRIED.*
HOFFMANNUM, de motibus ex
ira differentem. Medic. Rat. part.
II. pag. 154. Post iram manife-
stum motus cordis augmen-
tum, pulsus intentio, respira-
tio concitatio, sitis, calor, in-
flatio & rubor faciei, arteria-
rum capitis præcipue circa tem-
pora major pulsatio & intu-

"mescentia, oculorum ferocia :
 "tremor extremarum partium &
 "actionum mentis præcipitantia
 "observantur; quæ luculentum
 "de impetuosiori fluidi nervei &
 "sanguinis motu edunt testimo-
 "nium. Unde recte observatur,
 "nihil tam celeriter febrem acu-
 "tam, biliosam, intermittentem
 "inflammatoriam concitare posse,
 "quam iracundiam vehementio-
 "rem. Per se autem patet vari-
 "are vehementiam horum mo-
 "rum, atque effectuum inde re-
 "sultantium, pro constitutione
 "corporum atque vehementia i-
 "pſius affectus, quæ a repræsentati-
 "one mali ejusque modo dependet.

Malum hic dicitur illud,
 quodcumque vitæ ejusque cur-
 riculo & rationi, finibus *cre-*
atoris conformi obstat. Impri-
 mis quatenus a libertate & spon-
 taneitate dependet. Male enim
 sanus

lanus ducitur, qui rebus inanimatis irascitur. Sed & inanimata rationem quandoque spontaneitatis obtinent; & præterea casus occurrunt cur non absolute adeo admittenda sit hæc limitatio. Notum esse opinor, quod attentum oculum fugere non potest, peculiarem conformationem corporis & membrorum singulis animalium speciebus datam, illique respondere peculiarem vivendi rationem; huic quod obstat, quando cum periculo ac damno inde imminente repræsentatur, motum iræ violentum excitat; nisi obstiterint affectus alii, aut qui præterea occurrunt ejusdem obices. Quo autem majus repræsentatur malum, eo vehementior naturaliter orietur affectus; qui duplicatur adhuc ipsa mali præsentia; adeo ut ex lege Naturæ quantitas

8
tas iræ sit pro quantitate mali
& periculi. Excipiantur tamen
vires multum superiores, con-
tra quas vana omnino foret o-
mnis ira, quibus eapropter ira-
sci non docuit Natura.

§. III.

AD curatiorem ideam iræ pro-
pria nobis suppeditat ex-
perientia, dum statum no-
strum *internum* simul cogno-
scimus; & licet id, quod in-
tus apud bruta fit, omnino
ignoremus, ideam tamen e-
andem propter similitudinem
phenomenorum externorum,
eorum *iræ* tribuimus.

Ut in ~~omni~~ affectu, ita & in
ira actionem animæ & corporis
concurrere observamus. In ani-
ma tria distinguenda sunt: 1.
mali vel boni repræsentatio. 2.
status

status ex illa oriundus. 3. Sub-
sequens averfatio atque appeti-
tio, monente *VINCKLERO* Inftit.,
Phil. Wolff. §. 949. in notis.
Quoad corpus, etiam *motus* qui in
eo obfervantur in *externos* & *in-*
ternos dividi poffunt; jam vero
ad motus animæ refpicimus, con-
fciencia fola cognofcibiles; a qui-
bus reliquos quidem originè du-
cere intelligimus; quo autem
id fiat pacto adhuc ignoramus.
Modus enim, quo corpus & ani-
ma in fe invicem agunt, poft
tot magnorum virorum conatus,
manet adhuc inexplicabilis. Ete-
nim vulgo ita dicta *systemata* pro
explicanda unione animæ & cor-
poris inventa, licet unum alte-
ro magis probabile fit, tamen
omnia eo vitio laborant, quod
hypothetica funt, h. e. fubtilia
& pulchra figmenta. Quodnam
autem horum motuum apud bru-
ta

ta principium sit internum utique nescimus; in structura corporis quærit *CARTESIUS*, omnem & perceptionem & sensationem brutis abjudicans. Cum vero bruta organis sensuum gaudeant, & effectus sensationum externi perinde apud ea sint in aprico ac apud nos; cumque *NATURA* sit uniformis in varietate sua, uniformis quoad principia, varia quoad modos, jure presumuntur bruta sensione prædita, donec probetur contrarium et loquitur *LEIBNITIUS* Comment. de an. brutorum §. VI. Tribuis autem brutis *LEIBNITIUS* perceptionem & sensationem; & entelechias seu animas brutorum ratione sola ab anima humana differre putat. Cum vero præcipua ratio, cur abjudicent brutis *CARTESIANI* perceptionem & sensationem, sit, quod eo pacto anima brutorum æque foret

foree immortalis ac mens huma-
 na, seite docuit *LEIBNITII* di-
 stingvere inter *indefectibile & im-
 mortale*; ad immortalitatem e-
 nim non tantum *perdurationem*,
 sed etiam *statum idearum distincta-
 rum & reminiscetia* requirit; quæ
 quidem res eatenus se bene ha-
 bet, ad evitandam immortalita-
 tem *HOBBIANAM*; sed quate-
 nus hæc ratiocinatio cum hy-
 pothesi *LEIBNITIANA* *evolutionis &
 involutionis* confertur, facile vide-
 bitur eadem fata, stante hac
 philosophia, animam humanam
 & brutorum manere posse; nul-
 la enim allata est ratio, cur
 non involutione relabatur anima
 nostra in eundem statum, ex
 quo in evolutione eversa est.
 Conf. Epistol. *LEIBNITII* vol. I.
 p. 194. & 307. Ita nulla hypo-
 thesis in Philosophia omni mo-
 do sana est; nullam tuto sequi-
 mur.

mur. Ignoremus ergo quæ igno-
ramus & naturam ex sola na-
tura cognoscamus. Sed ut ad
nostram redeamus negotium,
verosimilimum est in brutis ad-
esse quidquam menti humanæ
analogam, quod ejusdem vices,
in his & similibus casibus sup-
pleat. Quatenus autem affectus
Irae apud bruta differat ab eo-
dem affectu in nobis difficile o-
mnino est dictu, quousque prin-
cipium internum vel entelechi-
am illam eorundem ignoramus.

§. IV.

Effectus iræ in corpus iræ-
scentis abunde loquuntur
Medici; eosdem autem ultra
procedere & in systema natu-
ræ, imprimis qua nobis pro-
ximum est, influere res ipsa
loquuntur.

Morbos plurimos infert affe-
ctus

Ans iræ violentior: Frequenti
 inquit *HOFFMANUS*, constat ob-
 servatione ad concitatio-
 nem ab iracundia factam co-
 mōtionem, pulsum ac respira-
 tionem fieri citatiorem, cor-
 cum anxia luctari palpitatione,
 partes extremas tremere, ac
 mentem de statu suo deturbari
 ita, ut interdum brevem quasi
 furorem mentiatur. *Med. Rat.*
T. I. p. 327. Hinc inter causas
 morborum celerrimas eandem
 refert; In Ira enim protinus a-
 concepta idea, cor palpitare,
 arteriæ valide pulsare & humo-
 res cum impetu ad caput ferri
 incipiunt. *Tom. II. p. 97.* item:
 ira totum systema nervosum
 celerrime commovet, systolen-
 cordis & annexorum vasorum
 atque tonum fibrosorum in uni-
 verso corpore mirifice adauget.
Tom. II. p. 154. Ulterius: Ira
 spas-

spasmmodica partium strictura
 vim suam imprimis in ventri-
 culum & intestina exferit & fa-
 cile inflammationem ibidem sub-
 inde periculosam, imo & letha-
 lem efficit l. c. p. 156. Agit in
 membranas cerebri & alia visce-
 ra, ubi sanguis Iræ impetu ce-
 lerrime appulsus, stagnans in-
 flammationes periculocissimas effi-
 cit ibid. p. 157. præterea in du-
 ctus biliolos hepatis vim exferit,
 ut hepar scirrhosum fiat & cal-
 culi in cystide ac ductibus bilia-
 riis generentur. Deinde ex bi-
 lis iræ motu effusæ stagnatione
 varii oriuntur morbi. ibid. pag.
 158. conf. *HILDAN*, obs. Chir.
 Cent. I. XVIII, p. 24. b. Cent.
 VI. obs. LXVI, p. 580. b. it. Ep.
 I. p. 958 b. Cum vero ira li-
 berior sanguinem moveat a cen-
 tro ad circumferentiam, sæpi-
 us laudato *HOFFMANNO* auctore,
 hu.

humores viscidos stagnantes discutiat &c. motu hoc resolutorio & excretorio corporibus interdum saluti est, præsertim frigidioris temperamenti & in morbis frigidis; quod l. c. T. II. p. 155. plurimis exemplis & testimoniis probatur: Hinc HIPPOCRATES: *Ira frigidis remedio est.* Et ad impotentiam crurum, *diligentia, inquit, adhibenda est, ut excandescantia inducatur;* Adducit præterea HOFFMANNUS variorum scriptorum testimonia, quibus probatur *Podagram, quartanas & tertianas febres, Stypticitatem alvi, vitia lingue &c.* beneficio iræ curata esse. Tandemque asserit ex VERULAMIO, *iram quam reliquos animi affectus minus esse perniciosam.*

Effectus autem iræ in systema nostrum elucet partim ex actione ejus in propria irascen-
tium

tium corpora, de qua haftenus; quidquid enim in partem vel annulū catenæ systematicæ agit, id quoque eo ipso in ipsum systema agit & influit; partim etiam e terminis seu objectis actionum irati; Hinc pugnæ, bella animalium, cædes & infinita mala; Hinc præsidium quorundam, aliorum exitium; Hinc vis quoque inter homines persuadendi multum dependet: *si vis me flere dolendum est primum ipsi tibi.* Zeli ea vis est, ut animos in zelotæ dicentis sententiã rapiat. Pulchre LEIBNITIUS Epist. T. I. p. 187. de affectibus: "ut mores animi sequuntur temperamentum corporis, ita vicissim corpori sæpe per animum succurri potest. Hinc fit ut utilis sit ars Thraconica, quia spem facit. Hac ratione sæpe prodest anus delira aut visiona-

tionarius doctor, quia facilius
fallit alios, qui primum se fe-
sellit. Angli quidam tales vo-
cant: deluded deluders. Hos
ad persuadendum sæpe effica-
cissimos notavi. Un sot trou-
ve toujours un plus sot qui l'
admire.

§. V.

IN animalibus omnibus com-
muniter duplicem ob cau-
sam iræ motus oriri observa-
mus, 1. ut avertatur malum
vitæ membrisque intentatum,
2. ut amoveantur impedimen-
ta propagationi speciei objecta.

Provoco ad experientiam, qua
collegi quod assero. Deprehen-
dimus enim universalem esse in
his casibus Iram, adeo ut per
totum animale systema nusquam
absit, nisi aut vanus fuisset e-
jus contra multo fortiozem co-

natus, aut non necessaria contra multo imbecilliores excaescentia. Hinc vel nulli vermi suam iram deesse observamus. Hinc inter rivales in toto animalium regno iracunda æmulatione. Hinc in vitæ discrimine iræ rabies; in minoribus malis illis proportionatus fervor.

§. VI.

Cum vero nihil magis in systemate animalium necessarium sit, quam conservatio vitæ & speciei propagatio, concipimus iram in animalibus calcar esse a natura collatum, ad actionem validam pro amovendis impedimentis his repugnantibus.

Non dicimus solam hic sufficere iram; non ignoramus alios collimare in eundem scopum affectus

lectus; non disputamus de tota
 animalis ad hos fines obtinen-
 dos conformatione; sed affirma-
 mus tantum quid Ira naturali-
 ter nobis præstare debere vide-
 atur. Eleganter *ARISTOTELES* ci-
 tante *SENECA* lib. I. de ira cap.
 IX: Ira necessaria est, nec quid
 quam sine illa expugnari potest,
 nisi illa impleat animum & spi-
 ritum accendat. Utendum au-
 tem illa est non ut Duce, sed
 ut milite. Sequitur ex asserto,
 iræ motus naturaliter a corpo-
 re rite constituto, sine insigni
 noxa, perferri posse; modo in-
 tra cancellos finibus divinis præ-
 scriptos contineatur. Colligimus
 quoque nullum ex ira ejusmodi
 naturæ conformi in systema no-
 strum redundare damnum; imo
 potius ad conservandas non tan-
 tum species & individua, sed
 ipsum quoque in systemate or-
 dinem

dinem ac æquilibrium omnino
 esse necessariam. Si morbos quos-
 dam infert, alios rursus sanat;
 si mala quædam societati creat,
 alia rursus avertit. Ad vindi-
 ctam progreditur ira; sed hic
 ipse progressus monstrat, quod
 finis ejusdem sit securitas. Hinc
 semper ex præsentia vel vivida
 repræsentatione objecti noxii o-
 ritur; hinc eo amoto sedatur;
 & si processerit ultra, confide-
 randum motum validum, effere-
 vescentiam violentam non citis-
 sime confidere vel deservere
 posse. Sed sunt, fateor, in his
 tamen, quantum ad homines,
 quæ a meta, ordine & sapien-
 tia aberrant; at aliunde ejus rei
 causa derivanda est. *conf. §. VIII.*

§. VII.

Hominis autem cum amplio-
 ris sit sphaera, plura ne-
 gotia

goria, magis varia actiones,
 quam reliquarum animantium,
 necesse quoque est, ut in ho-
 mine pluribus de causis exci-
 tetur ira, quam apud reli-
 qua animantia.

Ita e. g. *Religionem, Virtutem,
 Amicitiam, Famae Integritatem* vel
 ipsa vita quondam cariora fuis-
 se legimus. Homo ratione, qua
 praeditus est, catenam rerum
 detegere valet & ad causam
 communem agendam impellitur.
Ira in causa communi *Zelus* di-
 citur, qui rationalibus proprius
 esse videtur.

Animalia quidem bruta quan-
 doque ira concitata, etiam ad
 periculum commune propulsan-
 dam concurrere observamus;
 sed id commune non nisi pro-
 prium multorum est, cum u-
 num quodque rationem tantum
 sui

sui habeat, & sine ratione agat,
 pro sensu & instinctu naturæ.
 Bruta deinde non nisi præsentis-
 simis moventur; providet autem
 & dijudicat homo; optimus
 quisque in causa *Societatis hum.*,
Patriæ, Reipublicæ, Ecclesiæ, Civitatis,
Dei &c. Zelo incenditur & ar-
 det. Quo autem causa est no-
 bilior, eo quoque laudabilior
 est Zelus; nobilior vero ea est,
 quæ amplior & communior; &
 cum ex Deo omnia, nobilissi-
 mus Zelus Divinus est.

§ VIII.

Cum vero in Ira apud ho-
 mines multa occurrant;
 quæ a sapienti Creatoris in-
 stitutione & consilio abluere
 videntur, forsan vel inde su-
 spicio status perverſi lapsusque
 laboriri poterit.

Non tantum hic in censum
 veniunt

veniunt plurimæ morborum calamitates, secundum ea, quæ ad § IV dicta sunt & e scriptis ac observationibus Medicorum illustrium uberius hauriri possunt; sed etiam homines videmus irasci vanis in rebus; Iram pro objectorum dignitate non intendi & remitti, sed sine ordine & maxima cum confusione sæpius existere &c. &c.; ad eo ut is, qui hæc phænomena cum natura rerum & systemate divino conciliare conatus fuerit in inexplicabiles sæpiissime incidat difficultates. Cum vero natura rerum cum finibus divinis conveniat, atque hi ex illa nobis sint dijudicandi; cumque nihil Deus frustra fecerit, sequitur utique horum malorum, rationi vivendi a Creatore nobis propositæ, contrariorum originē ab alia causa dependere. Quo pacto

pacto ad abusum libertatis ean-
dem deveniendum est. Sed hic
subsistere jubet temporis angustia.
Tuo fretus B. L. favore imma-
turas & tumultuarias fere hasce
cogitationes in lucem mittere
audeo. Hæve conatui; saltem
ne condemnes antequam perpen-
deris. Dulce est quacunque in
materie causam Creatoris Dei
agere; nec virium imbecillitas
ab opere deterreat. Rebus in
magnis & voluisse sat est.

S. D. G.



Als

Der WohlEdle und Wohlgefahrene
Herr BENEDICT LUND /
zum ersten mahle rühmlichst von
der *IRA* disputirte.

W^{illkommen}, wehrter Freund, mit
Deinen Weisheits lehren!
Die *Musen* jauchzen schon aus Liebe
gegen Dich,
Minerva ist Dir hold, das glaube
sicherlich,

In *summa*: jene woll'n ihr wohlver-
dient Dich ehren,
Und diese reichet Dir, als Ihrem
lieben Sohn,
Vor Fleiß und Mühe bald ein'n Lor-
ber Kranz zum Lohn.

Schrieb seinem Wehrtesten Freund
und Landsmanne dieses we-
nige zu ehren
SVANTE RINGH.

Ad pereximium atque prestantissimum
Dn. BENEDICTUM LUND/
Amicum honoratissimum.

Ansam laudes Tuas predicandi am-
plam satis hac suppeditat occasio.
Nec mediocriter gratum stimulant ma-
gna Tua in me merita; sed inhibes
volentem Tua humanitas & modestia.
Ex animo tamen Tibi gratulor speci-
men studiorum doctissimum; & de
cetero voveo, velit Deus optimus Ma-
ximus, Tuis ultra & usque benedice-
conatibus, ut vergant omnes in sui
nominis gloriam, reipublicæ emolumen-
tum, Tuum, Tuorumque perpetuum
solacium! Ita gratum affectum proli-
xiori animo quam calamo declarare
valuis.

Tui studiosissimus

Andreas Eckman.